



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reverendi Patris Alberti Chanowsky è Societate Iesv
Vestigivm Boëmiæ Piæ seu: Res Qvædam Memoratv
dignæ, quæ in Boëmia præsertim in Districtu Prachensi &
Pilsensi, vel ab hominibus sunt piè erga Deum ...**

Chanovský, Albrecht

Pragae, 1659

Appendix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50656](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50656)

jam lumen extinxissent, & cubitum concederent, auditus in area strepitus fuit. Timebant in hypocauſto putantes milites aduentare. Et ſubito patefactæ fores hypocauſti & lumen reaccenſum ostendit tres intrantes in illud cubiculum ſpecie tenus inſignes milites, quorum vnus reſedit, & liripipio muſicam exhibuit, alijs duobus ſaltantibus: Poſt ſaltum vnus innixus humero junioris uxorati Patris familias, cum uxore illius jam dormiente aliquid caput loqui; Monuit illum prædictus Pater familias, ut abiret vias ſuas, cum nihil haberet ad agendum in domo illius. Et tunc dixit vnus illorum ſeniori Patri familias. *Recordare, quid proximè fueris locutus, non manebis diu hic:* Et ſtatim abiverunt; Lun enim etiam per ſe extinctum fuit; humerus autem ruſtici, cui dæmon innixus fuerat, valdè niger apparuit, ut & uxoris alterum uber eadem nigredine tinctum.

Appendix.

A Nno Domini 1638. in mense Iunio in Civitate Zitaviensi in Luſatia hoc contigit, quod referam. Erant illic milites ſaxonici, quorum quidam observa-

H/6

vit,

vit certum hominem centum florenos accepisse, & cum illis peregrè proficisci. Quare prævenit illum, & in quadam silva spoliavit. Vir ille redijt in Civitatem & accusavit militem de furto. Miles coram suo Capitaneo negabat jurejurando, & dæmonise devovebat. Dum ergo sic contendunt, ingreditur conclave Capitanei quidam, ut apparebat, politus miles rubeo indutus pallio. Offensus autem Capitaneus quòd injusus illius intrasset, illum obiurgabat. Respondit se nunquam intraturum fuisse, nisi vocatus fuisset, & subito pallium ad mensam posuit, & elevans militem concussit, & ecce pecunia, quam adhuc secum habebat, in terram excidit; & dæmon relicto pallio animam cū corpore accepit. Corpus tamen ipsius postea repertum fuit in silva eo loco, vbi illum miserum pecunia spoliatar. Exemplum contra mendaces & periuros, Domini Locutenentes S. C. M. Pragæ ex Lusatia scriptum acceperunt.

Auctarium.

ANno 1503. Cum Feria quinta maiori, seu in Cæna Domini, quidam Equestris Ordinis homines non procul Boëmo Broda